Quelle: https://manuscripta.at/?ID=833
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



vsidrum et sohammem dissipari quoque petimus et rogamus vestram quod adhuc
deo amabile opus vnionis conferatis omnem curam et sollicitudinem vt fiat et
concludatur dictum laudabile opus vestris studio et diligencia meis correspon
dentibus Cum eo sint aliqua necessaria ad hoc et eius operis executio commis
sis predictis meis Ambasiatoribus qui vestram et latius et clarius omnia referent
et manifestabunt placeatis vestram eisdem plenam fidem adhibere Datum vrbe
nostra Constantinopoli Millesimo quadringentesimo xxxiiii die xxv octobris

Sequitur Secundum Sancte eiusdem
Sessionis in Materia Judeorum

Salvatoris nostri Ihesu xpi sequens vestigia hec sancta Synodus illud
egerit potissime in visceribus caritatis vt omnes euangelicam veritatem
agnoscant et in ea postquam agnouerint fideliter persteterint primo videlicet
vt Judei aliique infideles ad orthodoxam conuertantur fidem qui ex ad ipsam
conuersi fuerint in illa constanter permaneant hiis salubribus instituis p
uidere decernens In primis statuit vt omnes diaecesani quosdam in litte
rarum bene eruditos aliquot viribus annuatim deputent in locis vbi Judei
aut alii infideles degunt ad declarandum et planandum taliter fidei catho
lice veritatem vt ipsi infideles qui audiunt euidenter valeant suos errores
cognoscere Adquam predicationem sub penis comercii per fideles illos intro
ducendum quia alias ad hoc opportunius ipsos infideles cuiuscumque status in
annis discretionis constitutos accedere compellant Ipsi autem diaecesani
ac predicantes ita se erga illos ipsos ac caritate plenos exhibeant
vt non solum prolatione veritatis sed et aliis humanitatis officiis ipsos
ad lucrifaciant Christianos aut cuiuscumque status aut dignitatis quoslibet
impedientes ne Judei ad huiusmodi predicationem conueniant aut accedant notam
fauoris infidelitatis in eorum ipsi facto detrahit Vt autem hec predicatio eo
sit fructuosior quo predicantes ligua habuerint peritiam Modis omnibus ser
uari primum statuimus editam in concilio viennensi de duobus docere de
bentibus in studiis ibidem expressis ligua hebraica graecam et chaldaica
que ut efficacius obseruentur vacantes ipsorum studiorum inter alia in Assep
tione vacantis iuramentum hoc etiam addi volumus apertis et ipsius statuti
obseruatione daturos In concilio etiam illarum prouinciarum in quibus huiusmodi studia
constituta sunt omnino disponat vti qui predictas ligua docturi sint sti
pendia debita percipere valeant Quinto insuper renouantes primum
tam diaecesanis quam potestatibus secularibus vt modis omnibus prohibeant